

Index Sectionum, & Paragraphorum.

Sect. X. Magnum quoque Dei Geritricis negotium
est, Nationes omnes illuminare Evangelice do-
ctrina luce, num. 2390.

Ad V. 46.

Textus enodatio, num. 2397.
Sect. XI. Evangelica nova legis doctrina perennis,
immutabilis, stabilis, & incensus manebit per Je-
sus, & Jesuparam, num. 2402.

Ad V. 47.

Textus enodatio, & illustratio de Christo, ac Dei-
para, num. 2412.

Moralis illustratio.

Sect. XII. Sapiens, homo est laboriosissimus, qui &
sue, & aliorum salutis laborare debet: sic plus-
quam homo reputabitur, & pro virili Deum ipsum
amulabatur, num. 2414.




FACU-

I. &

I

FACULA
AD LUCEM
CAPITIS VIGESIMI-QUARTI
LIBRI
ECCLESIASTICI.



RIGINTA ferè jam abhinc annis, cùm Cordubæ in litteratissimo illo Sodalitii nostri Musæo sacrarum essem Scripturarum Interpres; cumque animadverterem, nullum adhuc extare, in tam scripturienti ævo è Jesuitis ad omnem eruditionem factis hominibus, Ecclesiastici enarratorem, bonam hujus libri partem publicè de suggestu succinctius commentatus sum, quam privato studio accuratè auxi, & recensui; tractatum præsertim præmium Ecclesiastici exploratorem, quem hic præire decreveram. Sed cùm diu cunctando procrastinaverim publicationem hujus meæ lucubratiunculae, nonnulli interim è nostra Societate sui ingenii monumenta publicarunt, vel totum Siracidis librum, vel magnam libri partem elucidantes. Boni consulo, & vehementer gaudeo, librum hactenus Commentatoribus infœcundum tot gaudere Commentatorum industriâ & eruditione. Quid igitur ego consilii capiam? Opellam nostram operosè elaboratam publicabonè, vel continebo? Erit forsè qui meam exprobret reticentiam, cùm plures benevolè amplectantur res Biblica sui Interpretes, & suus cuique expolitori genius sit. Nihilominus tamen reticere, & meas apud me lucubratiunculas retinere satius judicavi, quâm actum agere, &, ut aiunt, crambem costam reconquere. Illa solum typis mandare seriò censui, quæ consultissimo multorum judicio digna videntur luce, & eruditorum oculis. Nempe Commentarios in Caput dumtaxat 24. ut qui novo, ni me fallo, perpetuo que totius capituli deducto filio, rerumque, tum J E S U , tum Deiparae glorias, necnon Romanæ Ecclesiæ, Religiosæ signatim, & Evangelicæ doctrinæ magnalia in eo capite contenta sedulò disquirant, quin morales theses prætermittant. Hæc, cùm hactenus sint, aut indeclarata penitus, aut levi aspersa luce, futura litteratis hominibus non molesta, quin grata habenda, speramus. Ut verò edisserenda à nobis luculentiora fiant, Faculam præmittimus, non ad totius Ecclesiastici libri lucem (quod de more suo eruditissimè peragit noster Cornelius in Prolegomenis) sed ad capituli tantummodo 24. elucidationem, quod nostrarum partium erit, &, Deo annuente, præstabimus stylo non contentiousio dumtaxat, sed florido & ameno.

P. Ildeph. de Flores in Eccles.

A

§. I. Quid